BERNOLDUS CONSTANTIENSIS. PS. ISIDORUS MERCATOR. BONIFATIUS. GREGORIUS MAGNUS. CANONES. LORCHER FäLSCHUNGEN. BERNARDUS CONSTANTIENSIS

Mitte 12. Jh. (nach 1107 [vgl. Bl. 86r-v]) Seite 145r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36815
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Incipit prefatio sequentis libri.

Verbo dei in utero Marie
uirginis concorporata. & sacramentis que de crucifixi
latere fluxerant desponsata mater fidelium ecclesia. sui adop
tiuo. H. archi epo. hic affectum matrni sinus. in futuro gaudium.
quod ueritas promisit se diligenbus. Age quod agis. operare quod opera
ris. dulcissime fili. insiste patrocinium matris quod suscepisti.
Stes precor pro domo israel murus quadrati lapidis. que petens
turbulentie huius aries. dissiliat ut glaties. Nam qui for
tem armatum fortior uicit armatus. ut tunc per se ipsum incapi
te. ita nunc per te in menbris triumphaturus. ipse patris sapi
entia & uirtus. te instruendo. te ut uiriliter agas confortando.
tibi erit dextera & gladius. Hanc leuando. hunc fulmi
nando. cape uulpeculas. que xpi uineam demoliuntur. con
gredere singulari fero. qui eam depascitur. Et ut precordia
inconsutilem sponsi tunicam scindentium certa penetres sa
gitta. animosum pectus muniaris. sententiarum que secuntur.
propugnaculis. Redolent quippe illam ueritatem. quam in
spiratum discipulis. missus ab ipsa ueritate spiritus ueritatis.
Has quidem si resurgens ipse apostolus. uel angelus de celo temptaret
alterare. tuum esset utrunque anathemati addictum affirma
re. Nec dubites presentiam diuine ereptionis. in ipso arti
culo gladii ceruicem secantis. Meum fidelem martinum
leguntur duo predones inuasisse. & uibratum in eius caput
alterius fustem. accelerata manu alter sustinuisse. Interroga
tus sanctitatis presul. quantum sibi timoris incusserit. dispersu
rus cerebrum ictus. respondit. quia nulla eum umquam hora
securiorem. & de salute certiorem uiderit. cum dominum in max
imo periculo maxime suis affuturum certo certius cogno
uerit. Gere & tu in mente solum hunc. cui ego te gratia
obstetricante genui. & consolationibus paracliti eius secundum